Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



loquens de illo. Et uidi inquit agnū stantē. tamquā occi
sū. habentē cornua septē. qui sunt spūs dī. missi inomnē
terrā. Quod temptans philippū dns. Unde inquit ememus
panes ut manducent hi. puida utiq; dispensatione facti.
non ut ipse quę nonnouerat dicat. sed ut philippus tardita
tē suę fidei. quā magistro sciente. ipse nesciebat tēp
tatus agnoscat. et miraculo facto castiget. Ueq; enī dubi
tare debuerat presente rerū creatore. qui eduxit pa
nē de terra. et uino lętificat cor hominis. paucorum
denariorū panes sufficere turbarū milibus non paucis.
ut unus quisq; sufficienter acciperet. et iam satura
tus abiret. Unq; aut panes. quibus multitudinē ppli
saturauit. quinq; sunt libri moysi. quibus spiritali in
tellectu patefactis. et abundantiore iam sensu multi
plicatis. auditręq; fidelium cottidie corda reficit. Iu bene
ordeacu fuisse referuntur. ppter numerū austeriora
legis edicta. et integumenta litterę grossiora. quę interi
orē spiritalis sensus. quasi medullā cęlabant. Duo autē
pisces quos addit. psalmistarum non inconuenienter et
pphetarū scripta significant. quorū unū canendo. alte
rū colloquendo suis auditoribus futura xpi et ęcclę
sacramenta narrabant. Et bene per aquatilia animantia fi
gurantur illius ęui preconis. inquo populus fidelium sine
aquis baptismi. uiuere nullatenus posset. Puer quinq;
panes et duos pisces habuit. nec tam esurientibus tur
bis distribuit. sed dño distribuendos optulit. pplus est
iudeęq; literali sensu puerilis. qui scripturarū dicta clausa